

Bonorum Ducalium, sint parati; Actum quo pro-
sentis Commissionis Nostrae ad eandem Feriam 2.
scilicet diem 1 Septembris, limitamus, cum
termini conservatione.

Actum Mitavia in Commissione Gene-
rali S. R. Majestatis et Republicae die 2 Sep-
tembris Anno 1727.

Comparuit coram Iudicio Comissoriali Generosus
Christophorus Joannes Hahn, Penipotens
Illustissimi Ducis, cum suo Advocato, Nobili
Antonio Preschewicz et Desideria ac Petita ejur-
dem Illustissimi Ducis in scripto exposuit
ac postulavit, quatenus omnes Camerales coram
Illustissima Commissione compareant, juramen-
toque obstringantur, quod fideliter Commissioni
indicari velint ea, quae in detrimentum feudi et
Iterepse Domus Ducalis, tam in Oeconomicis
quam aliis in causis facta esse sciunt, et ut
fideliter iidem Camerales omnes Domus et fun-
da Ducalia indicent, a quibus hac tenus usurpa-
ta et devastata sint, et quis materialia ex illis,
uti et ex arce Mitaviensi, ad se traxerit et si-
bi vindicaverit, an Prædia Ducalia non plus re-
dituum quotannis ferre potuerint, quam ab
Arenda-